



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CCLIII. Der Dechant Dieterich von Angern genehmigt die Stiftung des Altares des Apostels Matthäus in der Marienkirche zu Stendal, am 20. August 1406.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

Mertens dach vnde achtehaluen schillingh vp funte wolborghen dach pro consolatione. Ok schal he gheuen van den suluen renten des altares den voerstenderen der kerken tho funte peter alle iare achteyn penninghe vp funte Mertens dach vnde achteyn penninghe vp funte wolborghen dach Stendelscher penninghe vor wien, vor oblaten vnde vor licht, ane allerleye Hulperede vnde wederprake. Tho orkunde alle desser vorcreuen stücke hebbe wy deken vnde Capittel vnser Capittels Ingheseghel vnde ik Otte Swechten vorghenomed myen Ingheseghel met witschap vnde ghenaden willen laten henghen an dessen bryff, dy ghegheuen is na godes bort vyerteynhundert iar, daer na in dem vesten iare, des vrydaghes vor funte Mertens daghe des hilleghen Byfchoppes.

Nach dem Originale des Pfarrarchives der Peterskirche.

CCLIII. Der Dechant Dieterich von Angern genehmigt die Stiftung des Altares des Apostels Matthäus in der Marienkirche zu Stendal, am 20. August 1406.

Nos Theodericus, decanus, et Capitulum Ecclesie Sancti Nicolai in Stendal recognoscimus per presentes. Quod de nostra speciali licencia, voluntate et consensu in nostra ecclesia sancte Marie Stendaliensi honesta domina Alheydis, relicta Arnoldi boygers bone memorie vidua, opidana in Stendal, ob diuinum cultum ampliandum et salutare remedium mariti dicti Arnoldi, sui ipsius et suorum parentum, altare de nouo erexit et fundauit ac in honore sanctorum Mathei apostoli et euangeliste, Marie magdalene, Stephani prothomartiris, laurencii et vndecim milium virginum martirum consecrari procurauit, ipsumque centum marcis Stendaliensibus ad comparandum pro eisdem annuos redditus pro ipsius altaris vicarii sustentacione dotauit, quas ad hoc realiter soluit, nec non calicem, librum missalem, decentes ornatus pro vicario et altari eodem liberaliter dedit et tradidit in effectum. Huius altaris Ius patronatus ob causas predictas ad fratres carnales dicte Alheydis cognominatos de Smedeken et eorum filios et hiis defunctis ad eorum filios et non ultra communiter pertinebit, Ita tamen, quod senior inter illos, cum dictum altare vacauerit, debeat presentare et huiusmodi presentacio, non obstante aliorum forte contradictione, debet habere robur firmitatis. Sic tamen, quod quamdiu dicta Alheydis vixerit, quociens casus vacationis dicti altaris euenerit, predicti patroni ad voluntatem dicte Alheydis ad dictum altare debent presentare. Post mortem vero dictorum patronorum Ius patronatus dicti altaris ad decanum et seniorem Capituli Stendaliensis et ad duos seniores consules Stendalienses, quociens ipsum altare vacare contigerit, communiter pertinebit, Ita tamen, quod predicti patroni tunc prima vice ad vota tunc decani et Capituli Stendaliensis deinde ad vota Consulum et deinde ad vota Capituli illo ordine continuando debeant personam idoneam presentare. Qui presentatus seu presentandus per predictos patronos a decano Stendaliensi pro tempore tenetur et debet recipere institutionem sibi que facere debitam obedienciam, prout alii vicarii in Stendal hactenus facere consueuerunt. Vicarius dicti altaris per se uel per alium singulis diebus in tercio pulsu summe misse, nisi fuerit impeditus, pro legenda missa debet esse paratus ad dictum altare circa diuina officia decantanda et Jura parrochialia et oblaciones presentandas faciat et facere tenebitur, sicut alii vicarii ecclesie beate Marie facere dinoscuntur et hactenus facere consueuerunt. Et vicarii de redditibus altaris

dominis decano et capitulo Ecclesie Sancti Nicolai predicte VIII solidos In Martini et VIII solidos in Sanctorum Philippi et Jacobi festis pro consolacione sine qualibet difficultate et exceptione annis singulis debent erogare. In evidens testimonium premissorum presentem literam Sigillo nostri Capituli duximus sigillandam. Datum et actum Stendal, In loco nostro capitulari, Anno domini M^o. CCCC^o. VI^o., feria sexta ante Bartolomei in Capitulo nostro generali.

Nach dem Orig. des Pfarrarchives der Marienkirche No. 7.

CCLIV. Markgraf Jobst verzeignet dem in der Jacobikirche zu Stendal errichteten Altar zum h. Kreuz die ihm zur Dotation angewiesenen Gebungen, am 11. Juni 1406.

Nouerint vniuersi, quibus presens scriptum exhiberi continget, Quod nos Jodocus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Morawie, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, dedimus et per presens scriptum donamus proprietatem sex marcarum precarie annuorum reddituum Altari sancte Crucis, structo in Ecclesia Sancti Jacobi in Stendal, nouiter in titulum beneficii perpetui ecclesiastici erecto, quas Sex marcas precarie annuorum reddituum cum proprietate prudentes viri presbiteri Johannes et Petrus, fratres, dicti Schartow, cuius altaris Petrus presatus rector existit, propriis eorum pecuniis a nostro fideli et dilecto Gunthero, dicto de Berthenflewon, milite, et eius veris et legitimis heredibus et successoribus ob salutem perpetue memorie comparauerunt et emerunt. Huius precarie sex marce site sunt in villa Scherneke dande de curiis et mansis infrascriptis, scilicet de curia perfecti sex solidos in festo Martini et sex solidos in festo Walpurgis, de Curia hennyngi Belko duodecim solidos in festo Martini et duodecim in festo walpurgis, de curia erkllene duodecim solidos in festo Martini et duodecim in festo Walpurgis, de curia fricze duodecim solidos in festo Martini et duodecim solidos in festo walpurgis, in curia der schattedesche duodecim solidos in festo Martini et duodecim solidos in festo walpurgis, de Curia Johannis mertens quindecim solidos in festo Martini et quindecim solidos in festo walpurgis, de curia Thiderici kannenberghe duodecim solidos in festo Martini et duodecim solidos in festo walpurgis, de Curia Johannis moringhe quindecim solidos in festo Martini et quindecim solidos in festo Walpurgis, de curia Johannis molre medium quintum solidum in festo Martini et medium quintum solidum in festo walpurgis, de curia bartoldi quindecim solidos in festo martini et quindecim solidos in festo walpurgis, de curia nicolai dolnicze vnum solidum in festo Martini et vnum solidum in festo Walpurgis, de curia Thiderici kannenberge sex denarios in festo Martini et sex denarios in festo walpurgis, de curia Johannis mertens quatuor denarios in festo Martini et quatuor denarios in festo walpurgis, de domo Arnoldi, cultodis Ecclesie, duos denarios in festo Martini et duos denarios in festo Walpurgis, de domo Petri Molre quatuor denarios in festo Martini et quatuor denarios in festo walpurgis, de domo Guntheri Sartoris quatuor denarios in festo sancti martini et quatuor denarios in festo walpurgis, de domo Johannis arodes quindecim denarios in festo sancti Martini et quindecim denarios in festo walpurgis, de domo bartoldi duos denarios in festo sancti Martini et duos denarios in festo Walpurgis exsoluent. Renunciantes predictis sex marcis precarie annuorum reddituum in perpetuum et earum proprietati et possessioni, necnon omni Juri, accioni et impeti-